



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Cleri conuentus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- innouatum est à *Trident. sess. 25. capit. 14*
& decisum refert *Philbertus noster Martini*
de sacr. ord. p. 5. cap. 13. num. 15.
- 2 Potest Episcopus absoluere ab hac suspensione, non tamen post actum ordinis dispensare potest ab irregularitate. *Idem ibid. num. 19.*
 - 3 Concubina clerici potest puniri ab Episcopo. ex *Trident. sess. 24. cap. 8. de reform. matrim.*

Cleri Conuentus.

- 1 Procuratores Cleri ad omnia, quae accidere possunt, ne fiant, neque in Synodo: sed tantum ad particularia negotia. *Congr. Episc. 21. Martij 1589.*
- 2 Curati Regulares tenentur interesse cum alijs curatis Congregationi casuum conscientiae eadem 13. *Octobris 1592.*
- 3 Confessarii saeculares possunt cogi, vt intersint lectioni de casibus conscientiae. eadem 9. *Aug. 1594.*
- 4 Praesbyteri non curati non possunt cogi ad Congregationem casuum conscientiae. eadem 16. *Januar. 1601.*
- 5 Singulis mensibus in Diocesi modo in vnam, modo in aliam Ecclesiam parochialem. Vicariorum foraneorum cura, clerus cogatur: idque in orbem fiat *Prou. 2.*
- 6 Non in Decembri, neque Ianuario pro locorum, & temporum ratione. *Prou. 4.*
- 7 Tam in Vrbe, quam in Diocesi pro conuentu cleri menstruo edantur certa regula. *ibid.*
- 8 Missam singuli celebrent: Missam conuentualem pro Defunctis, vel de Spiritu Sancto solemniter cantent, concioque ab vno ex ijs habeatur. *Prou. 1.*
- 9 Fiat processio circa cimiterium. *ibid.*
- 10 In domo Parochi vno serculo contenti cibum capiant. *ibid.*
- 11 Aliquid legatur de casibus conscientiae, seu Decretis vtilioribus, seu agatur de communibus cleri defectibus. *ibid.*
- 12 Ne tamen fiant hi Conuentus in die festo, neque in festo, loci, vbi habendus est conuentus. *Prou. 2.*
- 13 Die Dominico, antecedente conuentum, moneatur populus, vt intersit. *ibid.*
- 14 Quae vero quaestionum explicationes habitae erunt in iisdem conuentibus, &

- si quae minus explicatae fuerint, ea omnes ad Episcopum consignatae litteris Vicarijs foranei mittantur, cuius iudicio illa approbatae in codice referantur, custodiendum a Vicario foraneo. *ibid.*
- 15 In festis locorum ne accedat Parochus ad alienam Ecclesiam, Missam facturum, sine licentia Episcopi in scriptis. *Prou. 4.*
 - 16 Quae licentia danda est ijs tantum, qui omnibus consideratis, necessarii videntur ad celebritatem. *ibid.*
 - 17 Quatuor, aut sex ad summum, nisi aliquando plures adhibendi sint ex legato, vel alia de causa. *ibid.*
 - 18 Si alij Sacerdotes conuenire possunt, ne accedant Parochi, & de his non ij, qui maiorem populum habent. *ibid.*
 - 19 Absente Parocho substituatur alius Sacerdos approbatus ad Missam, & functiones parochiales. *ibid.*
 - 20 Vel praecedente festo die, moneatur populum de absentia, ob festum alibi celebrandum. *ibid.*
 - 21 Exteri Sacerdotes non admittantur, neque in choro, neque in mensa, neque in eleemosynis distribuendis. *ibidem.*
 - 22 Eligantur probati viri, a quibus clerici inferioris ordinis saepe conuocati, vitae ecclesiasticae moribus instruuntur. *Prou. 2.*
 - 23 Eisdem semel, & iterum, quotannis recognoscat Episcopus coram se, vt progressionem eorum intelligat. *ibid.*
 - 24 Singulis mensibus, vel alio statuto tempore, testimonium ferant de Sacram. vsu, functionibus, studijs, & similibus ad praescriptam certam rationem. *Prou. 4.*

Coadiutor Episcopi, & aliorum.

- 1 Coadiutori Episcopi cum futura successione non licet ingredi ciuitatem pontificaliter. *Congreg. Rit. 31. Ian. 1591. apud Quar. in Addit. V. Archiep. auctor. 17.*
- 2 Neque debet vti Cruce praelata ante se Coadiutor Archiepiscopi. eadem *ibid.*
- 3 Potest vti capa exercens Pontificalia in Ecclesia, absente Episcopo: eo autem praesente, vti debet mantelletto, & rochetto; non mozzetta, etiam eo absentate. eadem *ibid.*